e-codices

etiam Jura quibus et etiam Rotibus supradictis non obstantibus fuit per
maiorem partem salt de equitate dictum et conclusum quod in quantum
in causa proxime conclusionis ita bene debet et possit opponi
de surreptione commissionis sicut in casu isto cum propter appellationem manus
pape et evocationem cause a quocumque equum est quod inferior se de cetero de
huiusmodi causa se non intromittat maxime hec equitas procedit quod
totus tenor commissionis cause de qua agendum est in inhibitione fa
cienda inseratur ymo secundum aliquos simplex insinuatio que induce
ret perfectam notitiam predictorum et iure dispositorum inhibet per rationem
cle. ij. ut lite pendente licet aliqui magni viri de hoc forte dubitabant
quia initiatio nec unum citationis nec inhibitionis habet Credo si
in eodem instanti inhibitio cum citatione emanaret nec posset
ibi notari gravamen per dictam cle nec tolleret per hoc defen
sio quia surreptio postea apposita in citatione bene consistet in inhibitione
et citatione sicut et commissione cum citatio et inhibitio ex commissione
descendunt de facto sicut principali et omnia que secuntur ex
illo de elect. cum si in causis non appellationum in temporalibus ab auditoribus cum
vel aliis iudicibus in curia etiam ante sententiam et commissionem in palatio
statim citata parte ad dicendum contra commissionem auditor inhibet Credo
quia sacrum palatium numquam causas huiusmodi ad eos remittit etiam si auditor
pronunciaverit bene processum et male appellatum salvis dominis
Car et coauditoribus sacri palatii ad quos bene remittuntur cause
in quibus pronunciatum fuit bene processum et male appellatum sunt
tamen tres viz. rebus antea consuetis ante quorum tempora observatum
numquam inhiberet auditor coauditoribus suis vel dominis Car.
a quibus sive appellatur ante sententiam sive post raro vel numquam unquam huius
causas appellationum vidi commissi dominis Car. etc. de lit. cont.

Item si pars rea respondendo libello actoris neget nar xviij
rata prout narrantur et dicat petita fieri non debere si non dicat
et addat animo lit. cont. fuit dubitatum utrum per huiusmodi responsionem fuit
lis cont. et breviter sine argumentis fuit determinatum et conclusum
quod sic per l. non nova. C. de iudic. et per l. ij. C. de iur. calump.
§. priori delit. cont. c. unic. de elect. dudum et per no. in spec.
ti. de lit. cont. §. i. v. quod si parcium ubi hanc questionem pertractando
eam sic decidit ymmo interdum sufficit respondere narrata
in libello licet non petitioni prout le. et no. in c. unico de lit. contest.
in vi quod per quod an nec innueret protestatio facta in quantum cum quod per
huiusmodi responsionem non intenderet lit. cont. prout le. et not. in c.
sollicitudinem de app. nec quia predicta iura loquuntur simpliciter et clem

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 718, p. 31 – Guilelmus Horborch: Decisiones novae Rotae (http://www.e-codices.ch/it/csg/0718/31)